


fons motus versus R. AB. Eccentricitas, eique æqualis BV.  
versus P. ut P. R. sint Apsides.

Iam punctis A V. focus existentibus, scribatur Ellipsis,  
tangens circulum in P. R. quæ sit PERI. representans orbi-  
tam planeta: & sit diameter breuior E. I. circuli verò DT.  
ere  $\perp$  ad PR. ad angulos rectos.



Diuidatur iam semicirculus PDR. in partes æquales  
minutas, & sint P. O. N. D. R. T. signa inter diuisiones, ex  
quibus ducantur ipsi lineæ apsidum PR. perpendiculares, ut  
OM. NK. secantes Ellipsin in C. K. punctis. Connexis igitur  
punctis C. K. E. I. sectionum cum A. Sole, dico moram Pla-  
neta in arcu PC. mensurari ab area PCA. sic mora in arcu  
PCK. mensuram esse penes aream PCKA. & mora in PE.  
mensuram penes aream PEA. denique mora in PER. se-  
misse Orbita ab Apside P. ad apsidem R. mensuram esse a-  
ream PERP. quæ itidem semissis est area totius Ellipsis  
PERIP.

Ostende